



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ Pontificum Romanorum

Ex Antiquis Monumentis Collectæ

Sandini, Antonio

Bambergæ, 1753

LXXXVII. Joannes VI. Anno Christi 701. Tiberii Apsimari 4.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65464](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65464)



LXXXVII.

JOANNES VI.
ANNO CHRISTI 701.
TIBERII APSIMARI 4.

Proximus post Sergium. I. Pontifex fuit Joannes VI. Græcus, anno 701. V. Kal. Novembr. consecratus. De hujus electione ubi nuntiatum est Constantinopolim, actum Tiberius Apſimarus Imperator Romam miſit Theophylactum Patricium & Exarchum, qui cum quæſito prætextu vexaret. At qui paulò ante pro Sergio, idem pro Joanne exercitus ſtetit, & quidem tanto animorum ardore, ut neceſſe fuerit Pontificis juſſu milites excludi, ne ſcædum aliquod facinus committerent in Exarchum. (1) *Triennium, menſes duos, ac dies duodecim Pontificatum geſſit.* Mortuus enim eſt anno 705. V. Idus Januarii.

Bar. an.
701. §. 9.
Pag. §. 1.

Bar. an.
705. §. 1.
Pag. §. 2.

Sandini Vita Pontif. Aa AN-

ANNOTATIONES.

(1) Baronius ad an. 701. §. 10. Ex his omnibus planè conspicitur, consilio Dei factum, ut cum insurgerent in Romanos Pontifices Imperatores, Italia milites in eos rebellarent, malentes pro salute Pontificum in discrimen adduci, quam Grecorum manibus ipsos relinquere indefensos. Ex hoc tempore Exarchorum vires admodum tennes reddi cœpere: contra verò Romanis Pontificibus, pro quibus milites starent, aucta sunt - - Porro his favoribus militumque presidii nequaquam se se Pontifices extulere arripientes (quod facile factum erat) tyrannidem, sed semper (ut vidisti tum in Sergio, tum in Joanne) pro Exarchis ipsis apud milites intercessere.

LXXXVIII.

JOANNES VII.

ANNO CHRISTI 705.

JUSTINIANI II. ITERUM IMP. I.

JOANNI VI. anno 705. Kal. Martii
 sufficitur Joannes VII. & ipse Grecus, Platonis filius. (1) Hic per Legatos ab Justiniano II. in Imperium restituto rogatus est, ut canones Synodi

Bar. an.
 705 §. 1. 5
 Pag. §. 2.